



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis**

**Paulus, Hieronymus**

**Venetiis, 1572**

Quando mandatur creari Canonicus in vna Ecclesia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10350**

eum plenitudine iuris; Canonici Apostolica tibi autoritate cōferimus, & de illo etiam prouidemus, ac vnā etiam in huiusmodi maioribus præbendis necnon dignitatem, personatum, vel officium ipsius Ecclesiæ &c.

Canonicatum Ecclesiæ Cabilon. in quæ licet sit certus Canonorum numerus, præbendarum, tamen distinctio non habetur &c prouidemus, præbendam verò, ac perpetuam administrationem, vel officium ipsius Ecclesiæ &c.

Canonicatum &c prouidemus, præbendam verò, necnon oblegia vnus cedent vel decedentis, vel illa aliàs quomodolibet dimittentis ipsius Ecclesiæ Canonice, quorum quidem obligatorum fructus &c.

*Quando mandatur creari Canonicus in vna Ecclesia.*

**D**E Canonicatu &c assignatis, præbendam verò eiusdem Ecclesiæ, si qua vacet &c.

*Quando creatur Canonicus in vna Ecclesia, & datur ad illud beneficium.*

**C**Anonicatum Ecclesiæ Claromonten. &c. prouidemus, præbendam verò ac dignitatem, personatum, administrationem, vel officium eiusdem Ecclesiæ, necnon beneficium Ecclesiasticum &c etiam si Canonicatus, præbenda, dignitas, personatus, administratio, vel officium in cathedrali vel collegiata Ecclesia existat.

Canonicatum Ecclesiæ sanctæ N Diœces. N. prouidemus præbendam verò eiusdem Ecclesiæ, necnon beneficium Ecclesiasticum cum cura, & sine cura, etiam si administratio, vel officium in cathedrali, seu Canonicatus, & præbenda in collegiata Ecclesia existat.

Canonicatum secularis Ecclesiæ sanctorum Cosmæ & Damiani. Assuden Colonien. Diœces in qua præter dilectas in Christo filias Abbatis, & Canonissas, nonnulli Canonicis Canonicatus, & præbendam obtinentes & capitulum facientes fore noscuntur, cum plenitudine iuris Canonici &c prouidemus, præbendam verò eiusdem Ecclesiæ, necnon beneficium &c.